



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

De victoria Ecclesiæ aduersus omnes h[a]ereses. tit. 262

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Postremò dicit Esaias: sicut ancilla, sic domina erit, id est, nulla obediètia aut timor erit istis temporibus familię erga dominum. Seruus non timebit dominũ, nec ancilla dominam. Tunc volet esse æqualis ancilla dominę, & parũm reputabitur yrginitas, sed erit quòd quamque pudebit coronę suę, & potiũs velum quã crinile appetetur. Tunc maritus reputabit vxorem tanquã ancillam, &c. & dominus plus cogetur honorare seruum, quã filium, &c. Hęc omnia sunt signa Antichristi. Et sic erit signum in vita sacerdotum, quandò illi se inceperint conformare populo, & non singularem atq; exemplarem vitam duxerint, actum est de religione, Mat. 5. Vos estis sal terrę, lux mundi, &c. Ideo iam videmus, quã incipiunt seruire Antichristo, partim spirituales, partim mundani, &c. Vestitu partim mariti legitimi, partim fornicatores, partim in choro, & partim in plateis, &c.

DE VICTORIA ECCLĒ.

sic aduersus omnes hæreses.

TITVLVS CCLXII.

EXodi 7. scribitur, quòd Dominus dixit ad Moysen & Aaron: Cũ dixerit vobis Pharaõ, ostendite signa, quòd Deus vos miserit educere populum &c. dices tu Moyses ad Aaron: tolle baculum & projice corã Pharaõne, & vertetur in colubrum &c. Fecerunt & hoc venefici cum suis baculis, sed deuorauit baculus aut virga Aaronis, in serpentẽ conuersa, virgas & serpentes Magorum, &c. vide textũ. Hęc virga, vt inquit Augustin. in libro de catechismo cap. 5. significauit doctrinam & Euangelium verum Iesu Christi, quę tandem superat omnes serpentes, id est, doctrinas hæreticorum deuorat, sicut fecit ab initio Ecclesię, & in hodiernum diem facit. Deuorauit Ar-
rium,

rium, Sabellium, Donatum, Macedonium, & vltra 300. hærefes, sic permansit Ecclesia, sicut lilium inter spinas. sic serpens exaltatus in cruce, Christus Ioan. 3. deuorat omnes hærefes. Nec sufficit dicere, hic est Christus, Matt. 24. &c.

Secundò, quærit Augustinus, cur Deus permiserit magis illis etiam sic facere signa, quemadmodū Moysi & Aaron. Aut, cur Deus etiam permittit Hæreticis sic seminare errores, seducere populum? prædicā, etiam sacramenta administrant, & omnia ministeria Ecclesiæ sibi vsurpant. Respondeo, Hoc ideo permittit Deus, vt tandē mirabilius vincerentur hæretici, & veritas gloriōsior appareret, quòd iuxta verbū Prophetæ, veritas Domini manet in æternū. Nouit Christus tandē deuorare serpentes Ecclesiæ, id est, hæreticos, qui veneno falsæ doctrinæ inficiunt simplices. Arrius fuit gloriōsus ad tempus, sed gloriōsior fuit veritas Ecclesiæ, quandò ipse in secessu detecit, sicut testatur tripartita historia. Sic Vuiglesi gloria quādò fuit exhumatus, deuorata est, & finis eius confusio & interitus. Philipp. 3. sic discipulus eius Zuinglius, qui cū tribus millibus fuit interfectus, & Oecolampadius subitò mortuus, Anabaptista Balthasar Hiebmaier & Huss combusti, & Luteranus Thomas Muntzer occisus. Omnes veteres hæretici fuerunt equè tam superbi & proterui, sicut moderniores. Sed deuorauit virga Aaron serpentes. Subindè Deus permittit sic prosperari hæreticos, vt probentur electi. Cor. 11 emendentur errores, & Ecclesia reddatur illustrior & doctior, sicut factum est ex hæresi Arriana & alijs, &c.

Tertiò, inquit Augustinus: Nouerit omnis hæreticus, quòd tandē ab illa virga Aaronis & Moysi deuorabitur. Nam pastor ille Christus Ioann. 10. oues suas quas sathan captiuas tenet, ne ad vnicum ouile redeant, nō patietur perpetuò abesse suo vnico ouile

Vult

Vult enim vt sit grex vnus & vnus pastor. Si que ouiu vult spontè errare, & ouile relinquere vnicum, id est, catholicam Ecclesiam suo stabit periculo. Iam enim per capita, id est, Papam & Imperatorem denūciatus est error Ecclesiæ, veluti per bullā & bannum Schismaticorum: si quis noluerit audire Ecclesiam, id est, consentire in fide & doctrina catholicæ Ecclesiæ, sit tibi tanquàm ethnicus, Mat. 18.

CESSABIT IUGE SACRIFICIUM.

TITVLVS CCLXIII.



RIMò, sanctus Daniel Propheta vidit semel in visione sua, qualiter Antichristus in Ecclesia sua ante nouissimaum diem sæuiet, & inter multa alia hæc dicit cap. 8. quòd & iuge sacrificiū, cessabit illis temporibus. Dicebatur agnus qui immolabatur quotidie vespere & manè, sicut dicitur Exod. 29. apud Iudæos, sed hoc iuge sacrificium fuit amotum per Antiochum, sicut patet 1. Mach. 1. quomodo prophanauit templum.

Secūdò, omnes catholici doctores vnanimiter consentiunt præter hereticos, quòd hoc iuge sacrificium Iudæorum figurabat immolationem corporis Christi, quod quotidie immolatur in altari ad memoriã passionis Christi, sicut præcepit Luca 22. quòd ideo omni die offertur, & iuge est sacrificium, ne Christi beneficium homo obliuiscitur, vt eius deuotio nutriatur, & Deo gratiæ agantur pro redemptione per Iesum Christum Dominum nostrum. Sed sicut per regem Antiochum facta est prohibitio, nè fierent sacrificia, holocausta, & placationes in templo, & neque sabbatum & dies solennes, sed omninò sequerentur leges gentium, &c. 1. Mach. 1. Sic prædictum est per Methodium, Danielè, & alios viros, pios, quòd Antichristus